

quod interuentus amicorum vel propinquorum non sufficit ad tollendum metum praecedentem, nec eum purgat, licet grauetur a more onere probandi metu duriorum & grauiorem, secund. veriore opin. quam refert ex Bald. Paulo & Felino Ant. Gom. ubi supra de restitutione minor. nu. 27. ad fin.

25 Quarto respondeo, quod licet interuentus amicorum vel propinquorum purgaret praesumptionem metus, id tamen non habet locum, si enormem laesionem quis ex contractu passus sit, vt ex aliis refert Boer. decif. 9. quos sequitur D. Ant. de Padil. in l. transacionem, qua dominus, num. 9. C. de transact. Ergo cum in praesenti casu enormis non solum, sed enormissima quoque laesio intercesserit, vt supra dictum est, consequens est, vt metus praecedens minime purgatus sit per interuentionem patris. d. testium tempore dictae scripturae a filia metu celebratae. Et ita pronuntiatum fuit in hac causa pro filia contra matrem & fratrem, & fuit rescissa praed. secunda scriptura & iussum, vt seruetur prior, ac proinde, vt bona materna aequaliter diuidantur inter praed. fratrem & sororem, sublata matri facultate meliorandi in aliquo praed. filium masculum.

SVMARIA.

- 1 Index potest praefigere terminum breuem heredi instituto, in qua quem adeat vel repudiet hereditatem, ad instantiam creditorum ad effectum, vt alias prouideatur curator hereditatis, qui respondeat creditoribus non vero ad totalem exclusionem heredis. Imo isto casu si heres vult esse curator bonorum prouidendus est, num. 4.
2 Dies incertus pro conditione habetur.
3 Heres institutus sub conditione, non potest adire, quousque verificata sit conditio.
4 Praescriptio non currit in obligationibus ad diem vel sub conditione ante euentum conditionis vel diei.
5 Conditio suspendit dispositionem & ipsius effectum quousque conditio impleatur.
6 Contra hereditatem sacentem nulla currit praescriptio.
7 Tacens non videtur consentire, quando, etiam si contradiceret, actum non posset impedire.
8 Heres non tenetur adimplere conditionem quamprimum possit, sed quandocumque in vita sua potest implere.
9 Heres compelli non potest implere conditionem, quia non ita grauandus est sicut legatarius.
10 Maius periculum vertitur in proposito in institutione, ne testator maneat sine herede, quam in legato.
11 Conditio mixta tam in hereditatibus, quam in legatis potest quandocumque impleri.
12 Conditio, si nupserit tam in hereditatibus, quam in legatis potest quandocumque impleri.
13 L. 2. §. ad filiorum, C. quando & quibus 4. pars deb. lib. 10. intellectus.
14 Proferari aut curare aliquid non tenetur quis eo casu, quo factis diligentis, nihil prodesse.
15 Implere habens conditionem, sub qua institutus est heres, non debet interpellari.
16 Conditio deficit facta contrario eius, cui apposta est, & nu. 18. quod habetur pro impleta, quando non stat per implere debentem.
17 Factum iuxta conditionis appositae tenore, videtur factum in dubio gratia implendi conditionem, si faciens habebat notitiam conditionis.
18 Estimatio in dubio in dotibus facit emtionem, maxime, facta mentione pretii, nu. 21. Et pretium in proposito semper in dubio iustum esse praesumitur, nu. 23. Et capienda est semper coniectura quousque potest, vt estimatio faciat emtionem, nu. 24.
19 Pretium estimatum datum in dotem libere efficitur manent, adeo, quod per eius heredes retineri potest.

- 25 Molendini positi iuxta flumen potius sperator diminutio, quam valoris incrementum: ideo potest alienari per prelatum & tutorem, nu. 26.
27 Bona simpliciter absque estimatione tradita in dotem, praecedente tamen ipsius promissione in pecunia numeranda, videtur tradita estimata praedictis pecuniis in dotem promissis.
28 Ex geminatione verborum praesumitur deliberatio, & non potest contraheri.
29 Bonis dotibus estimatum traditis, vera dos est pretium.
30 Mulier recipiens estimationem aliquorum bonorum, dotialium ab initio conuentam, in ceteris sibi praedictat respectu estimationis.
31 Res dotales quando estimatio emtionem non facit, per eius periculo mulieris.
32 Promissione dotis facta in pecunia numeranda, licet postea bona tradantur pro resolutione ipsius, non ob hoc partes videntur a prima conuentione recedere.
33 Tais censetur mens partium in traditione dotis, qualis fuit in constitutione.
34 Estimatio rerum dotialium non facit emtionem, si pactum sit, quod res ipsa soluto matrimonio reddantur.
35 Maritus si promiserit, quod soluto matrimonio res dotales restitueret us modis & formis, quibus data fuerunt, intelligitur quoad estimationem. Idem erit si dicatur quod bona dotalia essent ipsius uxoris, vel quod ipsi dantur, vt in num. 30.
37 Conditio bonorum alienorum domino consentiente, bene valet & tenet.
38 Mulier potest sibi dotem constituere de bonis suis penes tertium existentibus, vel pecuniis sibi debitis.
39 Estimatio in dotibus facit emtionem, etiam si a principio conuenisset, ut nominarentur estimatoris bonorum, licet postea non interueniant: quia ipsamet partes estimauerunt, & nu. 40.

CONSILIVM XVII.

IN Nomine Domini nostri Iesu Christi, Amen. Praesupposita clausula testamenti Didaci, qua instituit heredes suos legitimos, Gundisaluum suum consobrinum, & dominicam Mariam nepotem in herede, ipsiusque Didaci uxoris, etiam nepotem ipsius ex latere, & praecipit, ut ambo supra dicti nepes Gundis. & Maria matrimonium inter se simul contrahant, & quod portio illius, per quem steterit, accerscat alteri illorum, qui tenetur matrimonium contra here cum sanguinea eiusdem testatoris, eaque lege ipsos heredes instituit: contingit, quod intra annum & dimidium a die mortis testatoris, dicta Maria nupsit alteri, dicto Gundisal. minime requisito. Quoniam in iuramento publico declarauit, se nunquam voluisse adire dictam hereditatem, nec eam velle, sed ipsam repudiare. Quo etiam visa fuit, noluisse nubere dicti. Gundisal. si que non impleuit dictam conditionem nubendi eum eo. Ac proinde tota hereditas acquisita est d. Gundisal. qui postea duxit in uxorem aliam propinquam consanguineam testatoris, adimplens, quod ipse praecipit, ut late probabitur consilio sequenti super praedicta facta per eundem testatorem eadem Maria, ideo non repetam. Satisfaciam tamen his quae in contrarium adducuntur. Postea agam; An estimatio bonorum dotialium uxoris dicti testatoris fecerit emtionem: ita quod heres ipsius, qui est d. Gundisal. possit illa rehabere offerendo praed. estimationem, necne? Quia super hoc vertitur secunda principalis dubitatio huius processus. Primo, circa d. hereditatem, quominus eam possit consequi dicti. Gundisal. allegatur, quod ei fuit praesixtus terminus a iudice competenti, intra quem adiret vel repudiet praed. hereditatem, alias, quod haberetur pro repudiante: & quod hac sententia interloquitoria fuit intimata dicti. Gundisal. Sed hoc non obest, quia d. sententia fuit prolata ad eum tantum finem, vt ipso non

non declarante in dicto termino, constitueretur curator siue defensor bonis hereditatis iacentis, vt solueretur debita creditoribus hereditariis, & ad instantiam ipsorum, quod iudex facere potest, non vero, vt heres excluderetur omnino a praedicta hereditate, nec a iure adeundi sibi competenti infra terminum longiorem iuris, quem terminum iudex abbreviare minime potest ad omnimodam exclusionem heredis ab hereditate, sed tantum, vt provideatur curator & defensor bonis, qui respondeat creditoribus, cui satisfiat ex debitis defuncti, quemadmodum decidit Bald. in Rubr. C. de success. edic. num. 2. & Greg. Lop. in gl. a lomenos, in l. 2. tit. 6. p. 6. Quod si alter fieret, processus essent nulli, prout multos fecerit ob hoc annullari scribit Bart. relatus & sequutus Perillus. D. Anton. de Padilla in l. emancipata, nu. 43. & 44. C. de iur. & fact. ignor. vbi dicit communem, retuli ipse in mea repetitione s. Sur. nu. 109. Instit. de hered. qual. & differ. Errantque assessores terminum minuentes inquit ipse Bart. in l. si quis instituat, s. 1. ff. de hered. instituit. Praeterea in nostro casu minime poterat ex alio d. Gundis. declarari a iudice pro repudiante. Quoniam institutio ipsius & d. Mariae fuit conditionalis, nempe quod ambo simul inter se contraherent matrimonium, alias & contra, vt supra visum est, vt praeterea praed. testatoris dispositio refertur ad tempus siue diem incertum, quia testator nesciebat an, nec quando esset implenda d. conditio. Dies tamen incertus pro conditione habetur, vt probat tex. in l. si dies, & in l. quibus dieb. s. quidam ff. de cond. & demonstr. quem tex. ad hoc allegat Ang. consil. 28. n. 3. idem notat Ant. Gom. i. tom. c. 5. n. 9. Cum igitur fuerit t. conditionalis praed. institutio, etiam si praed. conditio effet testatarius, quod diffiteor, quandoquidem dependet a voluntate alterius, & Summi Pontificis, si dispensauerit, & ita potius potest appellari mixta conditio, non potuit dicti. Gundisal. adire praed. hereditatem, quousque praedicta conditio adimpleta & verificata fuisset, vt probat tex. expressus in l. si quis instituat, in princ. & in §. sed si sub conditione, ff. de hered. instituit. l. si seruis ff. de bon. au. l. iud. possid. optima l. 7. tit. 4. part. 6. & tex. optimus in l. si quis heres ff. de acquirit. hered. ac per consequens non potuit haberi pro repudiante. Quoniam vt inquit textus in dict. l. si quis heres in principio, heres institutus sub conditione, si ante conditionem existentem repudiauerit, nihil agit, qualis qualis fuit conditio, & si in arbitrio collata est: nisi, vt inquit glossa ibi, coram iudice creditoribus instantibus renuntiet, & se non aditurum dicat, etiam si conditio existerit. Quod tamen minime apparet fecisse nec dixisse dicti. Gundis. sed potius ipsam Mariam hoc fecisse constat. Itaque cum praed. conditio pendente non fuerit delata praedictae hereditas Gundis. praedictae ac proinde non potuerit eam adire nec repudiare, quoniam is potest adire, qui & repudiare, & e contra, vt in l. si potest ff. de acquirend. hered. cum materia, iudex non potuit ad alium effectum habere pro repudiante dicti. Gundisal. nisi vt defensorem bonis hereditariis prouideret, qui responderet creditoribus hereditariis, vt supra est dictum. Quo casu si ipse Gundisal. vellet esse defensor, prouidendus foret ex dictis per Anton. Gomez. i. tom. cap. 2. nu. 13. & quamuis d. Gundis. posset interim pendente conditione agnoscere bonorum possessionem secundum tabulam effectum, de quo per Anton. Gom. vbi supra, adire tamen vel repudiare non poterat, vt in dictis iuribus. Nec praed. Gundisal. potuit currere, nec curreret vlla praescriptio ad aduendum praed. hereditatem: quandoquidem impeditus fuerit hoc iudex, & vique adhuc non sunt elapsi duo inter-gri anni, quod duxerit in uxorem aliam testatoris consanguineam. Et ita adimpleuit secundam conditionem in institutione appositam, perq; cum non stetit adimplere

primam, sed per d. Mariam. Et in t. obligationibus ad diem, vel sub conditione non currit praescriptio ante euentum illius conditionis vel diei, l. cum nos sumus, s. illud C. de praescriptio. 30. vel 40. ann. & ibi Doctores. Et t. conditio suspendit dispositionem & ipsius effectum, quousque conditio adimpleta fuerit, l. eodem ff. de verb. signific. s. sub conditione, Instit. de verb. oblig. optima l. 12. in fin. tit. 11. par. 5. Socin. Iun. consil. 1. nu. 23. vol. 1. & optime plura referens Roland. a Valle consil. 63. nu. 16. & sequent. volum. 4. Et contra t. hereditatem iacentem nulla currit praescriptio, secundum Bald. in tractat. praescript. 3. part. tertiae partis principalis in 3. requisito, numer. 2. folio 49. in paruis, & iterum i. p. sexta p. prim. casu 25. fol. 143. in paruis. Et ita t. silentio Gundisal. non fuit praedictatus, quandoquidem non fuit heres, quousque conditio impleuit, id est, quando contraxit matrimonium cum consanguinea testatoris. Et non poterat, etiam si vellet & contradiceret, impedire matrimonium dictae Mariae. Quo casu tacens non consentit nec sibi praedictat tacere, ex notatis plenissime per Bar. & recentiores in l. qua dotis ff. solut. matr. Nec enim sibi praedictat, qui praesens est venditioni rei, ad quam aliquod ius habet, & scies illud durare, vt patet ex dictis per Tiraque. de retractu l. nag. s. i. glossa 9. numero 148. cum sequentibus. Minus etiam obest, quod aduocatus contrarius allegat dicens, quod d. Gundis. tenebatur adimplere conditionem, quam primum posset, transisseque multum tempus, in quo potuit implere, accipiendo in uxorem d. Mariam, minimeque adimpleuit nec id procurauit. Nam huic obiectioni pluribus modis satisficit. Primo negando obiectum: quia neque id probatur, nec concessa fuit a Summo Pontifice dispensatio secundi gradus consanguinitatis, cuius impedimento tenebatur: quo stante minime poterant inter se matrimonium contrahere, vt in cap. non debet, & per totum titulum de consangu. & affinit. Secundo respondeo, quod etiam hoc cessante, adhuc non procederet allegatio praedicta. Quia heres conditionem sibi positam in institutione, etiam mere potestatiuam, non tenetur adimplere quamprimum possit (multo igitur minus mixta), iuxta tex. expressum in l. si quis instituat, s. 1. de hered. instituit. & ibi glossa verb. finitur, & communiter Doctores, Bar. & Doctores in l. haec conditio, la. 2. ff. de condit. & demonstr. Gregor. Lopez. in l. 7. in gloss. se implere, tit. 4. par. 6. Vbi, quod poterit impleri, nisi per mortem, vel nisi appposita fuerit dies cum conditione ipsa. Et t. inquit Bald. in l. si plures, nu. 10. C. de condit. inferi. id adeo verum esse, vt neque compelli possit heres adimplere conditionem: quoniam heres non est ita grauandus sicut legatarius, teste Bartolo in d. §. 1. & ibi gloss. sic declarat d. l. haec conditio, & gloss. 4. dict. l. 7. in l. 4. partit. 6. Vertitur tamen inquit Bart. & ceteri in d. §. 1. maius periculum in institutione, ne testator remaneat sine herede, quam in legato. Itaque heres potest adimplere conditionem sibi positam in institutione quando voluerit in toto tempore vitae suae, & quamuis eam non adimpleat, quamprimum possit, non ob hoc amittit hereditatem, vt ex supra dictis patet, praemaxime, si praed. conditio est poenalis, eo casu, quo non adimpleatur. Tunc enim clarius in iure est supra dictum, vt tradit Bart. in d. l. haec conditio, la. 2. sic declarans l. primum, s. item si iura, ff. ad leg. Falcid. Vterius t. conditio mixta (sicut nostra, quia dependet a voluntate Papae), etiam in legatis, sicut in hereditatibus potest quandocumque impleri, vt inquit Paulus in d. l. haec conditio, 2. & ibi Socin. nu. 2. sic declarando tex. ibi. Et in t. nostris terminis, & conditio si nupsit, in aduersione tam in hereditatibus, quam in legatis possit

in infinitum tempus & quandoque impleri, est tex. expressus in l. conditio, numer. 90. in ordine. ff. de condit. & demonstr. § Nec t. obstat. l. 2. § ad filiorum. C. quod & quib. quarta pars deb. lib. 10. ubi videtur probari conditionem, si nuptum intra triennium, implendam esse. Loquitur enim lex illa dispensative, & in casu speciali, ideoque in consequentiam trahi non debet, ut inquit Socin. dicit. num. 2. item text. ille non procederet in hereditatibus, nec in legatis per supra dicta. Maxime, quia dicta Maria nuptum alio viro intra duos annos a morte testatoris. Quo casu non videtur habere locum dispositio dicti. § ad filiorum, ut ex iplo videtur constare ibi, vel si in tra.

Uterius eo vel maxime conuincitur pars aduersa. Quoniam in instrumento publico dotali confessam fuit dictam Mariam se nunquam voluisse adire hereditatem predictam, nec minus tunc volebat. Ob quod videtur eam repudiasse, ac proinde noluisse nubere dicto Gundisaluo, quandoquidem fuit heres instituta sub conditione eidem nubendi. Quo existente non habuit opus dicti. Gundisal. intendere nec procurare matrimonium contrahere, cum ipsa predicta Maria voluntatem suam contrariam iam declarasset. Quia frustra expectatur euentus, cuius effectus nihil operatur, iuxta regulam iuris vulgarem.

15 Nec tenetur t. quis protestari aut curare aliquid, eo casu, quo factis diligentibus & protestationibus nihil prodesset, secundum Enrich. de Bote. in tractatu de Synodo, 2. part. num. 65. volum. 2. tractat. divers. doctor. fol. 211. Nec hoc casu in materia impedimenti est necessarium protestari, secundum Aymon. Crauet. consil. 253. numer. 3. & Rebuff. in 3. tom. consil. Gallie, tit. de excusat. num. 52. Vbi num. 54. sic inquit praxin Francie seruare. Nec dicti. Gundisal. tenebatur requirere dictam Mariam, ut ei nubere vellet, quando ipsa nuptum primo alteri: siq; tenebatur prius requirere dicti. Gundisal. an fecum vellet contrahere, ut impleret conditionem nubendi dicti. Gundisaluo sibi positam in institutione, & non dictus

16 Gundisaluo eam. Quia ille, qui t. habet implere conditionem, sub qua est institutus heres, non debet interpellari, l. Mutianz. ff. de cond. & demonstrat. Notat Decius consil. 261. num. 3. Et quamuis dicti. Gundisaluo sub eadem conditione fuit heres institutus, non tamen tenebatur d. Mariam requirere, quia ipse non contraheret matrimonium eum alia, nec illud contraxit, nisi post mortem d. Mariæ. Et ita ipso facto suo proprio & spontanea voluntate deficit in conditione, ac per consequens euauit dispositio in persona ipsius, t. iuxta tradita per

17 Bart. in l. 1. ff. de cond. & demonstrat. ex tex. in l. cedere diem, ff. de ver. signif. & in l. generaliter, § cum autem, C. de institut. & subst. &c. totaque hereditas delata fuit dicto Gundisaluo, qui adimpleuit ex parte sua secundam conditionem sibi a testatore appositam, scilicet, contrahendi cum altera consanguinea, sicut contraxit d. Gundisal. nec per eum stetit contrahere cum dicta Maria, sed per ipsam, quandoquidem primo alteri nuptum Gundisal.

18 minime requisito. Conditio t. autem habetur pro impleta, quando non stat per implere debentem, sed per eum, cum quo conditio implenda erat, ut in l. 1. & ibi doct. C. de institut. & subst. sub condit. facti. l. 1. § 4. par. 6. l. 22. tit. 9. eadem parte, notat Socin. Iunior consil. 110.

19 num. 2. volum. 1. Ex matrimonium t. contractum a præd. Gundisal. cum alia consanguinea testatoris, intelligendum est, factum fuisse gratia præd. conditionem secundam implendi, quia habuit ipse heres notitiam clausulæ testamenti, in qua fuit appositæ d. conditio, ut constat ex processu, iuxta tradita per Bart. in l. secunda, num. 3. per text. ibi, ff. de condit. & demonstrat. Ex quibus omnibus resultat, d. Gundisal. debere esse pronuntiantem heredem vniuersalem d. testatoris, eiq; reddendam fore

rationem omnium bonorum præd. hereditatis cum fructibus eiusdem. Sicque pronuntiatum fuit in fauorem d. Gundisal. tam per iudicem ordinarium Placent. quam per Reg. Cancellariam Pincian. literis executorialibus super eo latis, me atque iuris consultiissimo D. de Azeued. Placent. aduocato patronis eiusdem causæ existentibus pro d. Gundisaluo.

Circa secundum articulum eiusdem processus; An æstimatio bonorum dotalium in proposito emtionem fecerit, ita ut heres offerendo æstimacionem possit eadem bona reuocare. Profecto semota sententia diffinitiuæ in rem iudicatam transacta, qua iudicio agitato inter ipsam vxorem defuncti, & defensorem bonorum ipsius, ipsamet bona dotalia fuerunt adiudicata & tradita vxori, quæ sententia præiudicare omnino videtur in sua præsentatione ipsi heredi offerenti prædictæ æstimacionem, sed stando in puris ac solis terminis æstimacionis factæ in nostro casu, an sit sufficiens (alio non impediende) ut fecerit emtionem, quamuis pars aduersa adhuc neget, mihi videretur (alio non obistente) præd. æstimacionem iure optimo emtionem fecisse, ac per consequens bona esse propria heredis, quamuis plurimi valoris sint effecta, ipsumq; satisfacere offerendo præd. æstimacionem ex seqq.

Primo, quia promissio præd. dotis fuit facta ad pecuniam numerandam, & pro solutione dictæ pecuniæ in dotem promissæ fuerunt tradita bona præd. æstimata, in dubio autæ æstimatio in dotibus facit emtionem, ut inquit laquoies, C. de iur. dot. & ibi doct. l. 1. cum gloss. & l. si inter, C. de iur. dot. est recepta & notabilis, secundum Pinel. in l. 2. part. 1. cap. 1. num. 18. C. de res. vend. l. 16. tit. 11. part. 4. l. ex conuentione, C. de pact. Et t. vbi que sit mentio precii, talis æstimatio censetur facta, ut emtionem efficiat, ut in dictis iuribus probatur, & tradit optime Roland. a Valle consil. 64. num. 6. cum seqq. vol. 4. Vbi t. quod prædium æstimatum datum in dotem libere efficitur marito, adeo quod poterit retineri per heredes viri t. præsertim cū pretium æquiualeat reb. æstimatis, prout in præsentati casu probatum est æquiuale, & de iure iustum semper esse præsumitur, secundum Bald. in l. per diuersas, § 4. C. mand. Rolan. ubi supra, & verum consil. 92. n. 17. lib. 2.

Semper t. capienda est coniectura, quoties potest, ut æstimatio faciat emtionem, ut inquit optime Anton. Rubæus, Alex. consil. 5. n. 3. in princip. plur. a tradunt Couarr. in pract. § c. 28. per totum, & Roland. a Valle consil. 64. lib. 4. Beccius consil. 4. 2. num. 1. cum seqq. lib. 1. Et t. præcipue quia æstimatio molendini in dotem dati fuit facta in utilitatem vxoris, quia facilius erat ipsius diminutio, quam speraretur valoris incrementum, cum sit positum iuxta flumen, & in eo subicitur periculo manifesto inundationis atq; inundationis.

Quaratione t. inquit Palat. Rub. in resp. cap. per veritas, in princip. c. 8. in cap. ex quibus, num. 4. fol. m. l. 148. in magnis, quod molendina posita in flumine, quæ deteriorantur quotidie, & quæ per impetum aquarum sunt in periculo totalis destructionis, possunt alienari per Prælatum & tutorem. Sequuntur plures relati per Arias Pinel. in l. 1. in § p. n. 28. C. de bon. mater.

Quinimo t. etiam si præd. bona non traderentur æstimata marito, sed simpliciter præcedente dotis promissione in pecunia numeranda, sicut præcessit, viderentur adhuc tradita fuisse æstimata pecuniis prædictæ. in dotem promissis, quod est satis singulare, & in terminis tenet ita Socin. Jun. consil. 41. n. 24. & 7. volum. 1. & Roland. a Valle d. consil. 64. n. 5. & 6. lib. 4. & alios allegans Beccius ubi supra, n. 6. A fortiori igitur dicendum veniunt in proposito: quandoquidem vltra promissionem dotis in pecunia numeranda subsequuta fuit traditio bonorum æstimatorum pro solutione dictæ dotis in eadem

dem quantitate promissa de consensu vxoris & mariti recipientium d. bona æstimata præd. æstimacione, idq; saepe reperitur in d. instrumento. Ex t. quæ geminacione verborum præsumitur deliberatio, & non potest contraheri. secund. Bald. in consil. mat. lib. Rubr. si quis a liquem testari prohibuerit, addel. Ballista, ff. ad Trebel. & plurima circa hoc Brocardicum congesta per Ludo. Mex. in l. Toleti, de los terminos, 2. fundament. i. p. n. 5. cum seqq. & Euerard. in loco a geminacione.

29 Secundo t. quia de iure in tali casu æstimacionis bonorum dotalium vera dos est pretium. Et ideo licet maritus hoc casu in instrumento committat eam dotem restituere, vel notarius dicat, quam dotem restituere promissit, debetur pretium, quia vera dos est, ut notabiliter determinat Bald. in l. quos, n. 4. C. de iur. dot. quem sequitur alios allegans Roland. a Valle consil. 92. n. 15. lib. 2. & consil. 64. n. 8. & Becc. ubi supra, n. 10.

30 Tertio, quia t. dicta vxor recepit æstimacionem aliorum bonorum mobilium in matrimonio consumatorum: Ergo contenta esse debet eadæ æstimacione ceterorum bonorum existantium, quæ sibi offertur. Tum quia iam vita fuit fateri prædictæ venditionem recipiendo pretium æstimatum consumatorum. Quia t. æstimatio sepe dicta emtionem non induxisset, suo periculo periret, ut in l. plerumque, ff. de iur. dot. l. 18. & 19. tit. 1. p. 4. Cassanovus in consil. Burgund. Rubr. 4. § 2. numer. 18. fol. 137. & § 2. n. 8. fol. 202. Anton. Gom. in l. 5. i. & seqq. Taur. nu. 42. Couarr. dicit. cap. 28. per totum. Petendo ergo & recipiendo d. pretium æstimatum a principio, & probare necessario videtur præd. emtionem, tum etiam ex titulo, quod quisq; iuris, &c. Ultimo, quia vna atque eadem res non debet diuerso iure censeri, l. eum, qui ad, ff. de vlt. cup. cuius text. argument. in terminis nostris, imo & fortioribus hoc tenet Barth. Socin. consil. 6. num. 8. ad fin. lib. 1. & Ant. Rubæus Alexand. d. consil. 5. num. 3.

31 Quarto, quia t. cum promissio dotis fuerit facta in pecunia numeranda, etiam si postea tradita sint bona pro solutione ipsius, non videtur ob hoc partes recessisse a prima conuentione, nec renuntiare iuri ex ea acquisito, ex traditis per Dec. consil. 195. nu. 3. & Aym. Crauet. consil. 26. num. 7. Talisque t. censetur mens partium in traditione dotis, qualis fuit in constitutione: sed in constitutione dos fuit promissa in quantitate; igitur & in traditione intelligitur eadem mens, ut inquit Marian. Socin. Jun. d. consil. 41. n. 13. vol. 1.

Nec supra dictis obstat aliqua ex coniecturis recollectis per D. Couarr. ubi supra, ut intelligatur in præsentati casu prædictam æstimacionem emtionem non fecisse, ut aduersa pars nititur atque prætextit: quia nulla earum quadrat nec conuenit in proposito, vel ex ipsis instrumentis promissionis dotis & solutionis cuiuslibet videre licebit.

34 Sed ne t. quem fallat vna ex d. coniecturis, traditis per ipsum D. Præsulem d. c. 28. n. 4. dum dicit: Tertio colligitur, ad hoc æstimacionem verum dotalium emtionem non efficere, si pactum sit, quod res ipse in matrimonio soluto restituatur. Operi pretium duxi animaduertere, quomodo hæc limitatio minime conueniat casu in nostro. Primo, quia in promissione dotis in nostro proposito fuit quantitas expressa p. constitutione dotis, ibidemq; emtio & venditio celebrata, eodem pretio & quantitate pro dotis solutione tradenda, a qua conuentione per secundam recessum non videtur in illis verbis, Para vos la dicha Maria, &c. ut supra est probatum. Secundo, quia in præd. instrumentis nec verbum vllum de restitutione rerum ipsarum; igitur non conuenit huic casui limitatio suprad. Imo etiam in d. instrumentis maritus promissit restituere d. dotem soluto matrimonio, adhuc non tenetur eadem res restituere, sed tantum æstimacionem, quæ

est vera dos, iuxta doct. Bar. iam supra citatam in d. l. l. quoties, n. 4. C. de iur. dot. quam (vtra sup. allegat) sequitur etiam Bart. Socin. consil. 56. num. 8. vol. 1. G. lmo t. quod fortius est, etiam si promiserit maritus, quod soluto matrimonio res ille reddentur & restituerentur his modis & formis, quibus data fuerant, habent verba hæc hunc sensum, scilicet, ut integra fiat dotis restitutio quoad prætaxatam æstimacionem, secund. D. Cou. d. c. 28. n. 2. Quod fit, t. ut etiam si dictum fuerit, quod bona dotalia essent ipsius vxoris, & quod ipsi dabantur, nihilominus maritus siue eius heres satisfacit, pretium restituendo: quia nullum verbum de restitutione d. bonorum adiicitur, & doctes semper datur, ut sint mulierum soluto matrimonio. Itaq; tacite a iure inest, ex tex. in l. vni. in prin. C. de rei vxor. act. & expressio eorum, quæ tacite insunt, nihil operatur, ut in l. 3. & ibi gl. & D. ff. de leg. l. Item iam in non pot coniectura sufficiens contra æstimacionem & venditionem, ex verbis supra relatis, cū sit iuris præsumtio in contrarium, quæ habet, æstimacionem in dubio facere emtionem. Quæ cum ita se habeant, pars aduersa grauat duriore grauioreq; probatione, efficaciores namq; probationes requiruntur, tex. vbi notant. Dd. in l. si extraneus, de codit. caus. dat. quos & alios referens id sequitur Additio Alciat. in 3. par. præsumt. in princ. l. iura B. Sed in dictis verbis non reperitur voluntas contrahentium contraria, saltem clara. Recessum igitur non videtur ab æstimacione, quæ fecit emtionem, cum hoc in casu non conueniat vlla ex limitationibus traditis per Cou. vbi supra, in quib. voluntas contrahentium expressa datur, æstimatio non faciat in illis emtionem, sed quod eadem res restituatur soluto matrimonio, prout etiam probari videtur in l. 19. tit. 1. par. 4. ad fin. legis, & ibi Gregor. Lop.

Sed nec etiam obest, si dicatur, hæc bona dotalia esse legitimam ipsius dotatæ, sicque non potuisse dotantem ea alienare, quoniam facile respondetur, ipsammet mulierem scilicet consensisse æstimacioni, & sic venditioni.

Et iure t. licitum est, vendere bona aliena domino consentiente, ut probat expressa l. 54. tit. 5. p. 5. Præterea t. mulier potest sibi dotem constituere de bonis suis penes tertium existentibus, vel pecuniis sibi debitis, ut in l. 15. tit. 11. p. 4. l. i. c. q; Ant. Gom. decidit in l. 55. Taur. n. 44. quod siue mulier sibi dotem constituat, siue alius pro ea, æstimatio facit emtionem.

Non etiam obstat, quod non fuerint nominati nec constituti per partes æstimatores bonorum dotalium, sicut ab initio conuictum fuit. Quia præterquam quod hoc minime exprimitur in instrumento promissionis dotis, etiam si id pactum fuisset, & postea omitteretur, adhuc æstimatio facta per partes induxisset emtionem, quia intelligeretur data ea æstimacione, quæ haberet tempore traditionis, si ipsa facta non fuisset, iuxta tradita per D. Cou. d. c. 28. n. 1. vers. primum. Item etiam pro ea quantitate pecuniarum, quæ a principio fuit promissa, cum solutio faciendæ esset in bonis æstimatis, iuxta priorem conuentionem, a qua per secundam recessum non videtur, ut supra est probatum.

Poruerunt t. præterea ipsemet partes renuntiare iuri proprio, & sic nominationi æstimatorum, ac se conuenire circa interuentum eorum in æstimacione præd. faciendæ, prout in casu præsentati fecerunt. Siq; opus non fuit æstimatorum; imo est idq; ac si ipsi nominati fuissent per partes & bona ipsa æstimare, prout in propriis terminis tenet & probat Bar. Soc. d. consil. 56. n. 3. lib. 1.

Iudices tamen iidem fatendo expresse vera esse supra dicta de æstimacione atque iuridica, in niti tamé solum præd. sententia diffinitiuæ, quam præiudicare dixi heredi contra ipsum in hoc vltimo pronuntiauerunt, quia facta cum ipso prædicti. bonorum defensore respectu